

Johann Sibrand

**Programma, Quo Suo, Totiusq[ue] Inclyti Iuridici Conlegii Nomine, Ad
Dissertationem Inauguralem ... Dn. Danielis Brandes/ Rostochiensis ... De Iure
Cinctorum Singulari Pro Consequendis Summis In Utroque Iure Honoribus Et
Privilegiis Die XXIX. Februarii ... habendam, Magnificum Dn. Rectorem ...
ceterosque omnes, omnium ordinum Cives Academicos ... invitat, Joannes
Siebrandt/ U.I.D. ... : [P.P. Rostochii sub Sigillo Facultat. Iuridicae die 17. Febr.
Anno 1695]**

Rostochii: Weplingius, 1695

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736217940>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 28.Febr.1695

Brandes, Dan.

Sibrand, Johann

36
27
3
PROGRAMMA,

QVO
SUO, TOTIUSq; INCLYTI JURIDICI CONLEGII NOMINE;
AD DISSERTATIONEM INAUGURALEM,

VIRI

PRÆNOBILIS ATQVE DOCTISSIMI,

DN. DANIELIS Brandes/
Rostochiensis, Juris Candidati fulgidissimi,

DE

JURE CINCTORUM
SINGULARI

PRO CONSEQVENDIS SUMMIS IN UTROQVE JURE
HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

Die XXIX. Februarii bono cum Deo habendam.

Magnificum DN. RECTOREM, Nobilissimum

atque Amplissimum utriusque Reipubl. Senaturn, ceterosque
omnes, omnium ordinum Cives Academicos & Literatos,

Eorumq; Fautores, observanter, officio seq; invitat,

JOANNES Siebrandt,

U. J. D. Decretal. Profess. Publ. Almæ
Patriæ Senior, & ad præsentem actum DECANUS.

•••••
Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr. Anno 1695.

1695

Maximum ultimarum voluntatum esse favorem, (nec
minorem militum, in aprico est. Ita, ut in dubio Leges & Ddres
magis favendum opinioni per quam conserventur, quam de-
struantur rectissime velint. l. 10. *pr. d. in off. test. Rat. l. 5. ff. testam. quemadm.*
ap. Nihil enim magis debetur hominibus, quam ut liber eorum stylus, &
licitum quod iterum non redit arbitrium l. 1. *C. de SSis Eccl.* Nec carere
militibus republ. potest, quibus propter Juris imperitiam, & defectum
Consulentium, multa contra communes Regulas concessa l. 3. *C. de M.*
T. Quod autem natura semper novas deproperet edere formas, plu-
resque sint casus, in Jure *cap. si in p. n. d.* non expressi, omni itidem caret
dubietate. Hinc LL. interpretationes, æquitatis *V. Richter. Reg. jur. 97.*
fale adpersæ; quamvis nec hic ob dissentiendi naturalem facilita-
tem desint variaz variorum opiniones, invicem sibi, vel ex contradi-
cendi, vel parti consulenti gratificandi studio, contrariantes. Ex in-
numerabilibus, habita Programmatis ratione, vel unicum ex quarun-
dam mente maxime dubium, in mediū proferre casum adlubescit. Ubi
scil. quæritur. *An miles in reditu ad hyberna, lethali ter decumbens, in expedi-
tione bellica occupatus dici possit, ut militare cum effectu condere testamentum
queat, præsertim in loco, ubi peritos consulendi copia denegata?* Sunt quod mir-
rum, qui negativam (neglecto, quod in meliorem, dubia sint interpre-
tanda partem, *Richter. Cent. Regul. reg. 3. n. 23. 15. reg. 49.* quod-
que potius pro licito quam illicito, talis reputandus actus, eaque ample-
ctenda veniat sententia, quæ magis utilitati publicæ faveat, pro quæ
servanda ultima voluntate faciat) amplectendam nihilominus cense-
ant: Tum propter *Consist. Imp. Maxim. l. d. Ao. 1512. Tit. von Testam. S. 2.*
(quæ tamen ex plerorumque Jctorum sententia, nihilum mutat D.
Justiniani nostri placita, potius per omnia confirmat. *V. Fritz. Syn. Re-
cess. Imp. p. m. 248. C. J. d. d. T. M. l. b. 10. inq. sine allegg. Illustriis Dnus Fuchs.*
Paraphr. Inst. d. t. pr. (4) Alios sicco ut præteream pede.) quam pro
norma decidendi unice agnoscunt, in ibique requiri, ut vel in expedi-
tione occupatus miles, vel in castris: quodque in itinere comprehen-
sus, & extra omne periculum conlocatus, pro tali haberi nequeat, gra-
tis sibi credi postulant, vel inde, quod hyberna sibi poscant commu-
nem testandi modum, pro se adducendo *Cz. P. 3. C. 4. D. 26. Richt. Dec. 38.*
Nec quicquam opitulari volunt, quod constitutio Imp. in genere de
expeditione bellica verba faciat. *V. Goldast, Tom. 1. Consist. Imp. fol. 433.* quod
extensio, quæ reditum trahere ad expeditionem videri possit, interpre-
tationi authenticæ Legislatoris è diametro repugnet, quod scil. textus
Ger.

Germān. Expeditionem à Castris differre statuat; Authentica autē inter-
 pretatio omnem aliam cessare faciat. *l. i. C. de LL.* Expedire præterea &
 expeditiones agere, idem ac ad bellum proficisci, teste *Tacito*, & cum hoste
 congredi. Unde expedita, vel expeditorum cohortes: Vocem *Equitis* si-
 militer denotare fortiter pugnātem, unde & nomen fortitus. *C. J. A. d. T.*
M. 1. b. 3. in quem sensum & torqveri *Connanum*, licet ipsi ignota Imperii Con-
 stitutio, posse censent. Cum ipse tō esse in expeditionibus, pro esse adu
 militem, interpretetur *L. 9. C. 5. n. 10.* Proq; *adparatu belli* accipi vult, qvō-
 sum *redium* referri posse negant. Apertissimi autem Juris, extra castra de-
 gentes non gaudere hoc privilegio: qvōd cessante periculo, cesset & inde
 promanans privilegium. Idem de *Sichardo ad C. de M. T. n. 6.* dictum volunt.
 Præjudicium *Sandij*, hanc in rem adduci sverum, inde illis videtur absōnum,
 qvōd Testamentum istud in *castris*, inq; *centorio Commilitonis* confectum,
 non autem in *redium*. Eiusdem commatis *Manzj* vult æstimari casus: Uti
 quem intellectum volunt de milite, in militari expeditione constituto, qvā
 demtā circumstantia, responsum vix posse de Jure defendi credunt. Ejus-
 dem farinae censent ex *Wesemb.* casum adduci sverum, planeqve ab hoc di-
 versum; à diversis autem malè fieri in lationem, qvōd jus in causa positum,
 nec exemplis, sed *LL.* judicandum *l. f. d. Calumn. l. 52. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 13.*
C. de sentent. Barbof. L. 17. C. 21. Ax. 2. Hæc ferè sunt quæ in contrarium adduci
 sverè, quantum deprehendere licuit, qvāq; quamvis non de nihilo videri
 possint, non tamen tanti, ut vadimonium deferere necessum, uti constat
 ex Responso Academico, in ipsa Disputat: adlato. Ad cujus ulteriorem
 declarationem, necessum, ut brevibus demonstretur qvīd *expeditio*, qvīd *Ca-*
stra, qvīdq; tam de veteri qvām novo Jure, ex Jure & æqvitate statuendum,
 ut privilegium militare locum habeat. *Expeditio* proinde in genere denotat
 totum illum actum, qvō miles militat; ita ut miles in expeditione esse dica-
 tur, ab illo tempore, ubi in *numerum* relatus, *sacramento* adstrictus, inqve *ca-*
stris versetur, usqve dum rursus *missus*. Specialiter *expeditio* est actio illius
 temporis, qvō miles alitur, propter ingruentem hostis necessitatem, defini-
 ente *Franzck. ad Inst. d. T. M. pr. n. 11. P. l. 1. C. quib. non objie. l. 21. C. de curs. publ. l. 25.*
C. de T. M. l. 1. §. 17. eod. inqve expeditione miles occupari & degere dicitur,
 non solum cum est in *acie*, in *hostico*; verum etiam cum est in *castris*, s. qvōd
 idem est in *fossatis*, in *stratis*, in *præsidijs*, alioquin nil distaret paganus à mi-
 lite, sunt verba *Joan. Borckholt.* hujus qvondam *Almæ Antecessoris* postea
Helmstadiensis ad pr. J. d. M. T. n. 5. eadem mens *Bejold. Delib. Jur. ex L. 28. qu. 13.*
part. III. Wesemb. Conf. 17. n. 40. Myns Resp. 46. n. 7. §. 9. Matth. Stephan. V. 1. Disp. P.
4. D. 1. tb. 22. Harppr. ad pr. J. d. M. T. n. 26. Wissenb. Disp. Jur. Civ. ad Inst. 18. S. 4.
Azar. Starz. Method. P. 1. Disp. 8. tb. 8. lit. C. alios innumeros ut taceam. Idem
 demon-

demonstrare de castris, tam foret facile, quam quod facillimum. Consulat
cui volupe *Lips. de Re Mil. L. 5. per tot. Rosin. Ant. L. 10.* ubi de variis castrorum
generibus tam æstivis, quam hybernis. *Constit. Imp. Maxim.* quod concernit,
constat illam potissimum distinguere, inter expeditionem bellicam, & castra;
degeniem enim in sedibus, communi vult jure uti. *V. Cassp. Pistor. ad d. Const. p.*
26. seqq. Et hæc constans ferme *Dd.* opinio, inter quos & merito referendi
Academix Viadrinæ perindustria Lumina *Brunnem. & Stryck.* distinguentes
inter milites in præsidio, in Castris & in acie: Isti testantur jure communi, illi
coram duobus testibus, bi quocunqve modo. *Exc. Justin. 10. ad pr. J. d. M. T.*
S. hodie p. 85. in suas advocando partes *Cz. P. 3. C. 4. D. 26. seqq.* quam sententiam
& *Dn. Stryck.* ad probando suam fecit: idem videre apud *d. Brunnem. ad*
ff. & C. Nec multum ab his abludit *Lindemannus noster Exc. 3. §. 1.* dum vult
Maximil. 7mp. distinguere inter militem in expeditione extra conflictum
degentem, & inter militem in acie, hujus testamentum sine testibus vult
probare, illius duos requirere testes. Idem sentit *Hahn. ad W.* ad tres casus
d. Const. referens d. T. M. n. 3. Plura accumulare loca, scriptionis ratio prohibet:
Accedit quod in dubio semper favendum magis opinioni per quam confer-
vatur, quam destruitur ultima voluntas. Sic scil. sequondam res habuit,
ut primis temporibus milites sibi persuasum habuerint, sibi quocunq; mo-
do testari licere; hanc licentiam ut coherceret aliquantulum *D. noster Ju-*
stinianus, jam supra memoratam distinctionem, esse in expeditione, in acie,
& ædibus, à *D. Maximiliano* adprobatam, adhibuit. Unde alii eandem limita-
tam, alii verò restrictam censent. Interpretem enim egisse ut credam, vix
imperare mihi valeo. Priori sententiæ non pauci calculum addere videntur.
Postremæ auctorem faciunt *Joan. Schilter Prax. Jur. Rom. Exc. Theor. Pract. 38.*
uti qui §. 109. vult *Imp. Justinianum* restrinxisse ad castra testandi privile-
gium; per *l. pen. C. de M. T.* quod ibi copia Jurisperitorum & spatium, atq; occa-
sio solemniter testandi deficiat; idè quod locus ad testandum ineptus jus
singulare etiam non militibus tribuat. s. verò in pergat: *limitasse* Jus Roma-
num *Const. Germanicam Max. I. Imperatoris d. Ao. 1512. &c.* & regulariter re-
quirere in testamento militis qui in castris testatur, in *Selbe* duos testes.
(Sequitur sententiam *Glossa l. 15. C. de M. T.*) nullos verò in conflictu vel in ob-
sidione, in Übung des Streits im Treffen; in hybernis, stativis vel præsidio, jure
militari testari non posse, nisi hostis in propinquo: quibus quidem verbis nil
continetur à nostra abluens sententia. Potius audiamus *Rennem. in J. R. G. M.*
2. d. Jur. Rev. Disp. 15. censentem, in militibus facultatem testandi privilegia-
tam *d. Constit.* partim esse restrictam, partim extensam: respectu scil. militum
stationariorum, & limitaneorum, item qui in castris quidem, sed extra me-
tum hostis instantis degant: die zwar in Selbe aber nicht im Streite liegen & jure
Com.

communi in testando uti deberent, ex *Maxim. Imp.* tamen beneficio habeant, quod si testes ad minimum duos adhibuerint, testamenta illorum itidem tolerari debeant. Plura adferre supersedeo, quod satis exi constat, non adeò restrictam, ut quidam volunt, hodiè militum testandi esse facultatem: porius videbimus ad quam classem veniat ad hyberna reditus. Ubi tanquam firmum principium amplectendum censeo, neutiquàm esse referendum ad illos qui domum jam reversi, in ædibus suis seu sedibus degant, ut qui adstricti ad communem formulam, plerisque statutibus Ddribus, ut cingendus hîc neutiquàm pro cincto reputandus: vel idèò, quod beneficia sint amplianda, sicuti odia restringenda, *Richter. Reg. jur. 78.* cum ex natura correlatorum, idem planè sit iudicium, ut dispositum de uno trahatur ad alterum, latè deducente *Tabor. Thes. Locc. Comm. L. 3. Cap. 70. Ax. 1.* quod autem expeditionem agere idem sit ac ad bellum proficisci, ex *Tacito*, ejusque Interprete *Gronovio*, satis constat. Nec ullus sanus dubitat eundem militariter testari, ergò nec redeunti id denegandum; Ob rationis scilicet identitatem, & firmitatem, quam Ddres in Jure à contrariis valere quam maximè volunt. *Tabor Thes. Locc. Comm. Lib. 30. 63. Ax. 9.* Accedit, eò magis id locum habere, ubi nec restium copia nec Jurisperitorum consilium adfuerit *Habn. ad W. d. T. M. n. 3. Franck. ad pr. 7. eod. n. 14. Felden. Element. Jur. Univ. P. 5. Memb. 3. Art. 1. n. 4. p. 102.* Addatur summus favor ultimæ voluntatis, imperiæ item, nec non Legum adsensus. Accedente imprimis superioris approbatione, quæ omnia sanè tanti, ut meritò pro testamento sententia sit ferenda. Præterea quod Jure militiæ, ex benigna interpretatione, miles testetur militariter, curationis causa in proximam delatus urbem, ibi si mortuus, non obstante, quod copia & testium & Jctorum ibi detur. *Strauch Dissert. Jusin. 9. § 30. ibiq; Thomas. in Annot. Theor. Pract. p. 112.* Sed quid opus ulteriori inquisitione, cum alma Wittenbergensis nostræ subscribat ex asse sententiæ. Dum ita, inter milites so zu Selbe findt/illos etiam qui in hyberna dimittuntur so im Rückmarche in dem Winter Quartier begriffen/connumerari volunt, eaq; ratione inclytum ordinem Juridicum distinctis vicibus consultum pronunciasse, refert, in *Disp. Inaug. M. Ernst Hoffmann Præs. Duo. D. Bergero. Witteberg. 1691. habita Thes. 14.* Possent & innumera alia in medium adduci, ni properandum, & ad ea quæ in principio adducta, pauca forent reponenda. Ubi quidem, quæ ex *Sicbarde, Connano, sandid & Wesenb.* pro validitate prolata per se satis, perspicua, ut quædam ad illorum confirmationem adferre, idem foret ac noctuas Athenas. Ipsaque inspectio satis refutat in adversum adlata, licet enim casus non in terminis decisis, per bonam tamen consequentiam ad eum trahi posse & argumento sat valido, nullum dubium, nec in Jure id adeò infreqvens. Prælaudatus *Schilserus*




nil quicquam nostræ refragatur sententiæ, ipsa edocente inspectione, & ver-
bis superius adlegatis, ut larvas fingere quibus cum lustemur, prorsus ineptū.
Siquidem *Constit. Maxim.* adeo perspicua, nulla ut indigeat interpretatione.
Satisque per se pateat, casum hunc esse referendum ad illos, qui in castris
degunt: quod castra ibi, ubi miles steterit, teste *Isodoro Lib. 9. c. 3.* Sive ut
Connan. L. 9. c. 7. n. 10. reddit: Idem in expeditionibus & in castris esse. Sunt
autem castra ubicunque est miles Imperatoris jussu, aut Reipubl. mandato
& voluntate. Nec magis in castris degit miles, in itinere ad hostem, quam
ubi hyberna repetiturus, ut prorsus pro militari testamento habendum sit,
quicquid tali modo conditum, nec propitia Minerva recedi ab hac sen-
tentia poterit. Id siquidem summo sibi jure poscit scæpius declaratus *favor*
ultima voluntatis, nec minus in militem favor, præprimis ejus *imperitia*, ubi
neq; testium copia, nec *JCTi*, quæ tamen desiderantur, ubi solemnitas in milite
ultima requiritur voluntas. vid. *Hahn. ad Wes. d. M. T. n. 9. Frantz. pr. J. d. i.* Su-
perveniens itidem fonticus morbus & Superioris adprobatio. Nec refraga-
tur allegatus *R. J. d. An. 1512.* quod commodè in hunc sensum trahi possit, imò
ex Lege bonæ & benignioris Interpretationis omninò debeat. Nec quic-
quam itidem obstat, quod extra omne periculum invasionis sit constitutus
miles, quod hæc nec sola causa *νεγκαταρχικη*, nec unica illius privilegii;
Sed potius durante causa, meritò quoque durare effectus debeat. Nec
quicquam nostræ adsertioni obest *Cz. P. 3. C. 4. D. 26.* quod tres adhibiti
testes. Quod & de *Richeri Dec. 38.* dictum esto. Adlata præjudicia *n. 13.*
nil ad nostram *Andromachen*. Quod reductio militum in hyberna, pro-
pitio Jure, & æquitate ad ipsa hyberna referri nequeat, tantum abest, ut po-
tius amicè cum eadem conspiret: Nec credendum Superiorem quicquam
adprobaturum, quod non consonum Legi universali Germaniæ. Nemo
porrò propitia Themide inficiabitur, eandem ex natura conrelatorum
itionem, adplicandam quoque esse ad reditum. Quod ex *Meyero* de voce
Militis adlatum, nullatenus nostræ repugnat opinioni, cum & strenuus
Jure merito reputetur miles, qui talem se data occasione exhibuit, licet
non semper in actu pugnandi reperiat. Hinc nata trita distinctio in-
ter militem *actu* talem, & *habitu*, quodque ex hoc, non illo sit æsti-
mandus *Burger. Sing. Obs. Cent. 1. O. 42. pr. Christoph. Lobrin. ad Lazar. de Schwendi*
Stiegg. discours p. m. 99. ibiq; citat. Frustrà non minus ficta objicitur absentia,
quod probabiliter absens pro præsentem habeatur. *Taber Thes. Locc. Comm. L.*
1. C. 3. An. 2. An Connano JCTo Gallo ignota Imperii nostri Constitutio, adfirmare
non ausim, quod Imperii Recessus publici sint Juris, majorique studio
quandoque ab exteris, quam civibus tractentur. Cumque nemo negaverit,
in expeditione esse, actu militem esse, & militare, συνανήμας sumi,
passimq;

passimque ita à Clasicis usurpari auctoribus; quæ meâ tarditas, non video; cur non & reditus eò referri possit. Nec opus injicere mentionem rei per se, & ratione bonæ consequentiæ notissimæ. Ita nec extra castra miles ejusmodi degere dici poterit: Nec consequenter beneficium militibus concessum propitia Minerva negari. Ut frustra *Sichardo* adstringatur quasi talem exclusum velit, tanquam non militantem, id est in expeditione existentem, ut ita adstringatur communibus testandi regulis, lectione diversum testante. Nec aliter secundum *Consuetudinem Imperii*, nisi neglectis dextræ interpretationis fundamentis, decidi casus poterit. Præjudicium *Sandii* licet non sit, ut practici loqui amant, in *terminis terminantibus*, nemo tamen dubitabit, rectè adplicatum exemplum, uti in simili ferè adductus ab *Adriano Bejero ad Schnobel. D. 16. th. 29.* ubi Senatus confirmavit testamentum in Castris confectum urbe jam capta, & milite extra periculum constituto: ut à simili rectè inferre liceat. Idem de *Manzii* casu ferendum judicium, de testamento à milite in itinere confecto, nulla nisi ficta existente differentia ratione, respectu reditus. Casum *Wesemb.* nec malè adplicatum, quod nulla prægnans obstet ratio, adferendum. Quam minimè hîc quadrat, quod non exemplis sed Legibus sit Judicandum, quod id locum habeat, ubi Leges clare casum decidunt, non autem ubi per extensivam interpretationem, lex ad casum adplicanda. Longè plura in medium proferre tam foret facilè quàm quod facillimum, ni jam Programmatis ad aliud me vocantis, excefferim modum & non pauca in præclarè elaborato hoc Themate *Clarissimus Dominus Candidatus* adfatim exhibuisset. De cujus vita, & studiis ex more *Almæ nostræ*, quædam in medium proferenda. *Natus is A. O. R. 1664. d. 19. Julii.* Patre Viro eximio *DANELE Brandes*, primario, dum viveret Civitatis hujus cive, ædis *Marianæ* Præfecto fidelissimo. Hujus Avus existit Vir Generosus *Tile Brandes*, Patricius *Brunswicensis*, ex nobili *Brandesiorum* *Stemmate*, ibidem adhuc & in *Livonia* in Comitatu *Pernoviensi* vigente, Matre *Margarithæ Elisabeth Gladowen* foemina sui sexus virtutibus fulgidissima, ex Consulari *Gladoviorum* familia. Reliquos majores silentio ut præteream. Uti autem exactissima Parentum cura, ut in prima quoque ætate fidelissimis crederetur Præceptoribus, ita prima fundamenta jecit in Schola Patria, sub fidei informatione *B. M. SCHOMMERI*. Ast fortunam expertus obstetricantem, quod vix decennalis *Genetricem* amiserit *suavissimam*, quæ quidem clades non parum adfecit, non tamen fregit, nec quin cœpta sub informatione fideliss. *B. M. RÖPERTI*, nec non *M. GEORGII NIEHENKII*, t. t. Rectoris Scholæ oppidanæ longè meritissimi, nunc ad Div. Petri Diaconi vigilantissimi continuaret, obstitit. Privata usus informatione

Dn:

Dn. M. JOACHIMI HELWIGII, t. t. Con-Rectoris, post Præpositi Dargu-
nensis p. m. Quem excepit **Dn. M. Mohr**, p. m. Rector. *Patre*, A. 1679.
piè demortuo, curam paternæ æmulam in se recepit Vir Ampliff. **Dn. DA-
VID Brandes**/ Patruus desideratiff. Senator prudentissimus, unà cum Tu-
toribus: *Almæ* nomen dedit nostræ An. 1682. animumq; ad studium Juris
adplicuit, duæ potissimum Nobiliff. t. t. Candidati **Dn. JOAN. Klein**/ nunc
P. P. Excellentissimi, amici nostri ac Fautoris honoratissimi, ejusqve adeò ad-
lectus studiis, ut in Borussiam eundem comitaretur, inq; *Regiomontana A-
cademia*, ad maturitatem cœpta perducere studia è re duxerit: ita tamen
ut non aliorum negligeret. Et in Jure præterea p. m. **Dn. D. ACHATII
RANGERI**, P. ibidem P. & Consistorii Samb. Adfessoris graviff. usus est
opera. In Jure quoqve audivit excellentissimum **Dn. D. Wolgen**/ Prof. exi-
mium, ipsiusqve generum **Dn. D. JOAN. Stein**/ P. P. hodiè fulgidissimum,
fautorem, atqve amicum nostrum maximopere honorandum; In Jure
Publico a. elegit Duce[m], **Dn. D. LAUEN**, P. P. Ephorus ibi præfectus filii
Dn. D. JOANNIS MITZELII, P. P. quondam celeberrimi, amici dum in vi-
vis, æstumatissimi, nec non Nobilis Poloni **ALEXANDRI de Eschen**; quo-
cum *Warsoviam* petiit: per quadriennium in *Academia Regiomontana*
moratus, vocatus in *Livoniam* ad Ephoriam filiorum Generosissimi **Dn.
CAROLI WRANGELII**. Demum per fines *Moscovie* in patriam remeavit.
Mox *Hafniam* sese contulit, *Daniamq;* peragravit, unde reversus compendium
Lauterbachii præeunte Excell. **Dn. MATTHIA Stein**/ h. t. Rectore Magnifico
examinando absolvit. *Berolinum & Francofurtum* postea in visere placuit. Un-
de reversus, auctore Amplissimo **Dn. D. LEMBKENIO** Consule meritissi-
mo, Ephoriam filiorum ingentis spei Perillustris lib. Baronis **Dn. CARL LE-
ONHARD MULLER de LUHNEN**, suscepit, fermeq; per biennium eidem
dextre præfuit, tum hic, tum *Gryphiswaldie*; qua & motus occasione, hanc po-
tissimum militarem eligere materiam adlubuit. Demum *me Decano Ampl. F. C. t.*
præterito Anno nomen dedit, cumq; summum & assiduum ejus studium in
opponendo sæpius exhibitum de diligentia constaret, ad missus, examen satis
rigorolum summa cum laude sustinuit, ut omnium calculo ad habendam
Dissertationem Inauguralem dignus sit habitus; Cum autem ob varia obstacu-
la hætenus non licuerit, proximus cum Deo dies 28. Febr. huic exerci-
tio dictus. Proin Magnificum **Dn. RECTOREM** Utriusq; Reipubl. No-
biliff. ac Ampliff. **SENATUM**, omnium itidem ordinum Cives, & Literarum
Fautores, sua ut præsentia frequentia *Disputationem Inauguralem* in lustriore
reddere velint, eâ qua par est humanitate, ac observantia, invito.

P. P. Rostochii sub Sigillo Facultat. Juridicæ
die 17. Febr. Anno 1695,



passimque ita à Classicis usurpari auctoribus; quod
cur non & reductus eò referri possit. Nec opus
se, & ratione bonæ consequentiæ notissimæ.
ejusmodi degere dici poterit: Nec consequenter
concessum propitia Minerva negari. Ut frustra
talem exclusum velit, tanquam non militanter
stentem, ut ita adstringatur communibus tes-
tibus testante. Nec aliter secundum *Confir-*
dextræ interpretationis fundamentis, decidi ca-
Sandii licet non sit, ut practici loqui amant, in te-
tamen dubitabit, rectè adplicatum exemplum, ut
Adriano Bejero ad Schnobel. D. 16. th. 29. ubi Senatus
in Castris confectum urbe jam capta, & milite ex-
ut à simili rectè inferre liceat. Idem de Manzioli
testamento à milite in itinere confecto, nulla
tiam ratione, respectu reductus. Casum *Wesemb.* nec
la prægnans obstat ratio, adserendum. Quam
non exemplis sed Legibus sit Judicandum, quod
Leges clare casum decidunt, non autem ubi per-
nem, lex ad casum adplicanda. Longè plura in
facile quàm quod facillimum, ni jam Program-
excesserim modum & non pauca in præclarè elu-
visissimus Dominus Candidatus adfatim exhibuisset.
ex more Almæ nostræ, quædam in medium pro-
1664. d. 19. Julii. Patre Viro eximio DANIELE Drat-
Civitatis hujus cive, ædis Marianæ Præfecto fid-
stitit Vir Generosus Tile Draudes, Patricius Brunsw-
rum Stemmate, ibidem adhuc & in *Livonia* in Con-
Matre Margaretha & Elisabeth Gladowen/foemina su-
ma, ex Consulari Gladoviorum familia. Reliquos
am. Uti autem exactissima Parentum cura,
fidelissimis crederetur Præceptoribus, ita prima
la Patria, sub fideli informatione B.M. SCHOM-
pertus obstetricantem, quod vix decennalis Gen-
quæ quidem clades non parum adfecit, non tam
sub informatione fideliss. B.M. RÖPERTI, nec no-
KII, t. t. Rectoris Scholæ oppidanæ longè merit-
Diaconi vigilantissimi continuaret, obstitit.

530.
...as, non video;
...ionem rei per
...a castra miles
...um militibus
...ingatur quasi
...editione exi-
...lectione die
...nisi neglectis
...Præjudicium
...ntibus, nemo
...è adductus ab
...testamentum
...n constituto:
...n judicium, de
...nte differen-
...um, quod nul-
...uadrat, quod
...habeat, ubi
...nterpretatio-
...rre tam foret
...me vocantis,
...themate Cla-
...ita, & studiis
...us is A. O. R.
...o, dum viveret
...ujus Avus ex-
...bili Brandesio
...iensi vigente,
...bus fulgidissi-
...io ut prætere-
...quoque ætate
...jecit in Scho-
...fortunam ex-
...it *fravissimam*,
...c quin cœpta
...II NIEHEN-
...ad Div. Petri
...informatione
...Dn.

